SALVIANI MASSILIENSIS PRESBITERI DE GVBERNATIONE DEI ET DE IVSTO PRÆSENTIQVE EIVS IVDICIO LIBRI VIII.

AD SALONIVM EPISCOPVM.

EIVSDEM EPISTOLARVM LIB. I. nunc primum editus.

TIMOTHEI NOMINE AD Eccleſiam Catholicam lib. IIII.

Ex Bibliotheca P. PITHOEI I. C.

Esta conforme al expurgatorio de 1640. por commission del S.to officio.

Fr. Ant.o de Estrada

PARISIIS,

Apud Sebaſtianum Niuellium, ſub Ciconiis, via Iacobæa.

M. D. LXXX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

de la Libr.a

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

PETRVS PITHOEVS

V. C. NIC. FABRO REGIS Conſiliario S.

VEtus *eſt poëtæ Romani dictum,*

Sperne mores trãſmarinos, mille habent offucias:
Ciue Romano per orbem nemo viuit rectius.
Quippe malim vnum Catonẽ, quàm trecentos Socratas.

Ego verò mi Faber, externas etiã virtutes vel trãſmarinas & laudo & admiror lubens: ſed patrias

S. SALVIANI EPISCOPI LIBRI VIII. DATI AD S. SALONIVM EPISCOPVM, DE GVBERNATIONE DEI.

INCIPIT PRÆFATIO.

SAnctO Epiſcopo Salonio Salvianus Epiſcopus ſalutem in domino. Omnes admodũ homines, qui pertinere ad humani officij culturam exiſtimarunt, vt aliquod linguarũ opus ſtudio ingeniorum excuderent, id ſpeciali cura elaborarunt, vt ſiue vtiles res ac probas, ſiue inutiles atque improbas ſtylo texerent, ſeriem tantum rerum nitore verborum illuſtrarent, cauſíſque ipſis quas loqui vellent, loquendo lucem accēderent. Itaque ad hanc ſe partem ex

SALVIANI MASSILIENSIS ECCLESIÆ Preſbiteri EPISTOLÆ.

* * *

O AMOR quid te appellem, neſcio: bonum, an malum: dulcem, an aſperum: ſuauẽ, an iniucundum. Ita enim vtroque plenus es, vt vtrumque eſſe videaris. Amari à nobis noſtros honeſtum eſt, lædi acerbum: & tamen hoc eiuſdem eſt interdum animi eiuſdémque pietatis; & cum ſpecie diſſentiat, ratione concordat. Amor quippe nos facit noſtros amare, amor interdum cogit offendere. vtrumque vnum eſt, cum tamen aliud amoris habeat gratiam, aliud odij patiatur offenſam. Quàm graue hoc, quæſo, mi dilectiſſimi, aut quàm acerbum eſt, vt cauſa odij, amor eſſe cogatur! Quod quidem cum ſæpe aliis, tum etiam mihi accidiſſe nũc ſatis vereor, vt dum adoleſcentem hunc quem ad vos miſi, tradere indiuiduis meis cupio, vni ſtudens, multis moleſtus

INCIPIT LIBER PRIMVS.

TIMOTHEVS MINIMVS SERVORVM DEI, ECCLESIÆ CATHOLICÆ TOTO ORBE DIFFVSÆ GRATIA TIBI ET PAX ADEO PATRE NOSTRO ET CHRISTO IESV DOMINO NOSTRO CVM SPIRITV SANCTO, AMEN.

INter ceteros graues, atq; mortiferos exitialis peſtilentiæ morbos, quos tibi antiquiſſimus ille ac fœtidiſſimus ſerpens grauiſſima lætiferæ æmulationis inuidia, & teterrimo illo viroſi oris ſpiritu inhalat,
neſcio an nulla te acerbior † animarum †*ore.*
infidelium peſtis †, & tetrior † filiorum †*ste.*
tuorum labes † conficiat, quàm quod †*ore.*
plerique ex tuis, parum exiſtimantes, †*be.*
ſi in hac vita rebus ſibi ad opus ſanctum à Deo traditis †, ſine fructu mi- †*tum.*
ſericordiæ atque humanitatis incumbant, niſi auaritiam, id eſt, idololatriæ